



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. xl.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC.

enim eis licebit ultra militiae cingulum sumere, & nupti
atq; coniugij copula vti, quia sacri canones hoc eis non
consentiant.

De illis qui infantes suos non sponte interficiunt.

Caput XXXVI.

Ex iocil.

Triburi.

cap. 21.

Ex decre.

Pij pape,

cap. 26.

S I quis filium suum non sponte occiderit, iuxta homici-
dia non sponte commissa poeniteat.

De illa qui vxorem legitimam sine iudicio interfe-
cerit. Cap. XXXVII.

Ex decre.

Pij pape,

cap. 26.

Vicunque propriam vxorem absque lege, vel si
causa & certa probatione interficerit, aliamque di-
xerit vxorem, armis depositis publicam agit pa-
nitentiā. Et si contumax fuerit, & episcopo suo inobedi-
xit, excommunicatur, anathematizetur, quo usque consentiat. Eadem
lex erit illi, qui seniorem suum interficerit.

De eadem re. Cap. XXXVIII.

Ex concil.

Mogūti.

cap. I.

S I maritus vxorem, aut vxor maritū interficerit, et
iudicium sit super eos, dicente domino: Non confide-
res personam pauperis, nec honores vultum potentis.
In post pauca: Ita, inquit, paruum audietis ut magnum, ne
accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. Il-
circo uterque eorum in huiuscemodi criminis actione
negauerit, pari iudicio examinetur. Si negauerit & non
potest vinci manifestis indiciis, si liber est, iuret cum do-
deciim: si seruus feruenti ferro se purget. Si autem vox
moriens maritum uno vel duobus audientibus de mon-
eius inculpauerit, non ideo erit victus, sed si liber est, cum
LXXII. iuret: si seruus, super XII. vomeres feruentes
purget. Eadem lex erit marito, vxorem accusanti.

De eadem re. Cap. XXXIX.

Ex concil.

Elibertā.

cap. 85.

S I mulier maritum suum causa fornicationis veneno in-
terficerit, aut quacunque arte perimere facit, quia do-
minus & seniorem suum occidit, seculum relinquat, &
in monasterio poeniteat.

De eadem re. Cap. XL.

Epistola.

Paulini

A Dmonere te cum lachrymis & multo gemitu cum
fil. Heistulfę, si tamen filius dici debeas, qui tam

erudeliter infelix homicidium perpetrasti. Nam occidi- **Poro Ju-**
stixorem tuam partem corporis tui, legitimo tibi matri- **liensis epa**
monio sociaram sine causa mortis, non tibi resistentem, scopi ad
non insidiantem quoquo modo vita tuae. Non inuenisti **Heistul-**
eam cum alio viro nefariam rem facientem, sed incitatus **fum.**
a diabolo, impio inflamatus furore, latrocinij more, atro-
cior & crudelior omni bestia, eam gladio tuo interemisti.
Et nunc post mortem eius addis iniquitatem super ini-
quitatem, filiorum tuorum improbe predo, qui matri non
pepercisti, & filios tuos ideo orphans fecisti, ut superin-
duceres mortis causam post mortem: & per unum homici-
dam, & reprobum testem incusare vis mortuam: hoc nec
Euangelium, nec vlla diuina humanaq; lex concedit, vt
vnius testimonio etiam idoneo, aliquis condemnetur, vcl
iustificetur: quanto magis per istum tam flagitosum & sce-
leustum, nec illa viua debuit cōdemnari, nec tu poteris post
eius mortem excusari? Prius causa criminis subtiliter erat
inuestiganda, & tunc si rea fuisset ihuenta, secundum legis
trāmitē debuit excipere vltionis vindictam. Nā et si verū,
quod absit, fuisset, sicut ille adulter mentitus est, post VII.
annos pœnitentia peracta, dimittere eam per approbatam
causam poteras si voluisses, occidere eam nullatenus de-
buisti. Duo consilia proponimus tibi. Accepta tecum deli-
beratione duorum, elige magis quod placeat. & miserere
animæ tuae. Et tu hic in isto angusto tempore positus, ne
sis tu ipse tuimet homicida, & in æternum pereas, relin-
que hoc malignum seculum quod te traxit ad tam immor-
tissimum peccati facinus. Ingredere monasterium, humiliare
sub manu abbatis, & multorum fratrum precibus ad-
iutus, obserua cuncta simplici animo quæ tibi ab abbatे
fuerint imperata, si forte ignoscat infinita Dei bonitas
peccatis tuis. Istud consilium vt certissimè scias leuius &
salubrius est, vt sub alterius custodia lugeas deflenda pec-
cata. Secundum autem consilium tale est. Arma deponc,
& cuncta secularia negocia dimitte. Carnem & sagimen
omnibus diebus vitæ tuae non comedas, excepto uno die
Resurrectionis domini, & uno die Pentecostes, & uno
die Natalis domini cæteris temporibus in pane & aqua, &
interdum leguminibus & holeribus pœniteas: in ieiuniis,
in vigiliis, & in orationibus, & in eleemosynis perseue-

D. BVRCHAR DI EPIS. VVORMAC.

ta omni tempore. Vinum, medonem¹, & mellitam cer-
fiam nunquam bibas, nisi in illis prædictis tribus diebus.
Vxorem ne ducas, concubinam non habeas, adulterium
non facias, absque spe coniugij perpetuo permaneas. Nu-
quam te laues in balneo, equum non ascendas, causam
tuam & alterius in conuentu fidelium non agas, in conui-
uiis lætantium nunquam sedeas, in Ecclesia segregatus
aliis Christianis post ostium humiliter stes, ingredien-
tium & egredientium orationibus suppliciter te commi-
des, communione sacri corporis & sanguinis domini cum
etis diebus vitaे tuæ indignum te existimes. In ultimotem
mino vitaे tuæ pro viatico, si obseruaueris consilium, &
accipias, tibi concedimus. Sunt & alia multa duriora quæ
tibi iuxta pondus tanti facinoris essent adiicienda: sed si
haec omnia quæ suprà misericorditer dicta sunt, perfecto
corde Deo auxiliante perfeceris, & custodieris, confidimus
de immensa Dei clemētia, remissionem tuorum pec-
catorum habiturum, & secundum boni iustique pastori
imperium, resoluat te sancta Ecclesia ab hoc vinculo pec-
cati in terris, ut per ipsius gratiam qui eam suo sanguine
redemerat, sis solitus in cœlis. Sin autem aliter feceris, &
sancta matris Ecclesiæ salubre consilium despixeris, ipse
tibi sis iudex, & in laqueo diaboli quo irretit⁹ teneris mag-
neas, sanguisque tuus sit super caput tuum: nos alieni
cōsortio tuo, & sub indissolubili anathemate permaneas,
donec Deo, & sanctæ Ecclesiæ satisfacias.

De vxore mariti mortem conciliante. Cap. XLI.

*Ex cœcil.
apud Ver-
nerias,
cap. 3.*

Si qua mulier mortem viri sui cum aliis conciliata est,
& ipse vir aliquem illorum se defendendo occiderit,
& si hoc probare potest ille vir eam ream esse consilii, po-
test ut nobis videtur, ipsam vxorem dimittere, & si voluerit
aliam vxorem accipere, ipsa autem insidiatrix, pœni-
tentia subiecta, absque spe coniugij maneat.

De hoc, si plures vnum impugnauerint. Cap. XLII.

*Ex eode
concilio,
cap. 98.*

Si quatuor aut quinque homines seu etiam plures, con-
tra vnum hominem rixati fuerint, & ab his vulneratus
mortuus fuerit, quicunque eorum ei plagam imposuit, se-
cundum statuta canonum ut homicida iudicetur, reliqui